Ich bin überzeugt, daß die Bediente meiner Parlamenter, dieſe geheiligte und unverænderliche Grundſætze, vvelche in das Herz eines jeden getreuen Unterthanen eingegraben ſind, niemals auſſer Acht laſſen vverden, und daß ſie jene fremde Eingriffe, jenen Geiſt und Unabhænglichkeit, und jene Irrthümer verabſcheuen, an deren gefæhrliche Folge ſie, vermæg ihrer Treue, nicht ohne Zittern gedencken kænnen. – Beſchæftiget euch nicht mehr mit Dingen, die euch nichts

nichts angeben. Laſſet meinen Unterthanen die Gerechtigkeit angedeyhen und gebet ihnen mit dem Beyſpiele der Unterthænigkeit vor: Verbo, enumeravi ex Moſe originem comitiorum, ut totam noſtram cauſſam quilibet videre poſſet. Nam ego neque in cauſſis, ſi quid eſt evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari ſoleo; nec, ſi id facerem in aliis cauſſis, idem facerem in hac ſubtilitate ſermonis. Addere hoc unum placet, quod a re noſtra non eſſe alienum videtur: quod *Deus*, interprete quidem CALOVIO noſtro, *voluit, ut diſceret Moſes ſapientiſſimus ab homine alienigena, nemini datum eſſe, ut ſolus & in omnibus ſemperque recte ſapiat. Non uni dat cuncta Deus. Confer.* I. *Cor. XII*, 8. Quod neque poenitet Gallorum regem a ſuis praeceptoribus didiciſſe. Vidimus enim, quod profitetur: *Die obrigkeitlichen Perſonen ſind meine Diener, denen es aufgetragen iſt, meine kænigliche Pflicht zu erfüllen, nemlich meinen Unterthanen Recht zu ſprechen. Eine Verrichtung, die ſie mir unentbehrlich macht, und deßvvegen ſie*

ſie mir iederzeit angenehm ſeyn werden. Ich kenne die Wichtigkeit ihrer Dienſte; es iſt daher eine Verſpottung, wodurch nur das Zutrauen durch unerhebliche Sorgen erſchüttert wird, wenn man ſich ein, zur Vernichtigung der obrigkeitlichen Gewalt geſchmiedetes, Vorhaben einbildet und Feinde derſelben beym Throne ſuchet. A quibus verbis optimi regis haec etiam ſuam lucem forte, ſi egent, dicta CALOVII ſumere poſſunt: *Nihil aliud innuitur, quam quod ita populo non procul eundum ſit, nec diu exſpectandum, ſed in propinquo habituri ſint veluti domeſticum iudicem, ut facile quovis tempore expediri poſſint, quem ad modum id collatio cum illo verſu docet, ubi dicitur: omnis populus praeſtolatur de mane usque ad veſperam.* Haec enim CALOVIVS de illis Iſraelis *locis* docebat, *ad quae omnis populus reverteretur*, dummodo Moſes *Iethronis* conſilium ſequeretur, praeterque Moſen alii rerum arbitri denominarentur, conſtituerentur. Fundamentum ſaltim illius explicationis egregie ſuppeditatum, magnifice expreſſum eſt in hisce regis verbis. Et quem ad mo-

dum interpres noſter alterum officium Moſis in eo ponebat, ut Moſes *populo Dei, nomine, praeſcriberet, quid facto opus eſſet, per quam viam ingredi deberet*, cum de legibus illis, quas Moſes quidem oſtenderet Iſraelitis, CALOVIVS noſter commentaretur: ſic iure divino quoque rex Gallorum dicere poterat: *Es iſt dem Parlamente nicht erlaubt, zu vergeſſen, daſs die Geſetzgebende Macht mir allein und ohne jemands Antheil daran, zugehœre: daſs es blos durch meine Macht geſchiehet, wenn die Bediente meines Parlaments nicht zur Formirung, ſondern zur Einregiſtrirung, Bekanntmachung und Vollziehung eines Geſetzes ſchreiten.*

Nec de re obſcura, ut phyſici, aut artificioſa, ut Mathematici, ſed de re illuſtri & facili, etiam in vulgus pervulgata, loquar nunc; ſi primum quoque regem producam, cuius mentio facta fuit in foedere priori. Repetere rem autem, ut facta eſt, id eſt, uti nunc ſequitur, nos iterum debemus: *Cum autem conſenuiſſet Samuel, filios ſuos, quorum grandiori Joel, alteri Abias nomen erat, rectores Iſraelitis Berſa-*

bae

bae impoſuit. Qui eius filii cum eius mores non imitarentur, ſed, ad avaritiam declinantes, munera, ob ius pervertendum acciperent, convenerunt Ramatham ad Samuëlem omnes Iſraelitae ſenatores, & ab eo petierunt, ut, poſtquam & ipſe iam ſenex erat, neque eius filii paternos mores ſequebantur, regem ſibi ad ſe gubernandos, caeterarum gentium omnium more, imponeret. Hac illorum de rege ad ſe gubernandos poſtulatione offenſus Samuel, Iovam appellavit. Cui Iova reſpondit in hunc modum. Obtempera populo in omnibus, quae a te poſtulaverint. Non enim te, ſed me, a ſui rectione depellunt, ac quales hactenus ſemper erga me fuerunt, ex quo illos ex Aegypto eduxi, dum, relicto me, diis ſervierunt alienis, tales erga te quoque ſe praebent. Quamobrem obſequere ſane illis, ſi prius tamen eos admonueris, eisque ius regis in eos regnaturi demonſtraveris. Haec omnia Iovae mandata Samuel hominibus, a ſe regem petentibus, expoſuit, atque ita locutus eſt. Hoc ius erit regis, in vos regnaturi. Ex filiis veſtris aurigas ſibi, & equites, & antecurſores curules deliget: hos tribunos, hos centu-

 riones

riones creabit: his aratoribus, his meſſoribus, his bellici & ſuorum currum inſtrumenti fabricatoribus utetur. Filias veſtras unguentarias, coquas, piſtrices ſuas faciet. Agrorum, vinearum, oliveterum veſtrorum optima quaeque deliget, ſuiſque ſtipatoribus diſtribuet. Fruges & vineas veſtras decimabit, & ſuis ſpadonibus aſſeclisque dabit. Servorum, ancillarum, iuvenum veſtrorum lectiſſimos, aſinosque ſumet, quibus ad ſua negotia utatur, pecora veſtra decumabit: breviter, ei ſervi eritis, ac aliquando de rege, quem ipſi vobis delegeritis, queremini, nec interim vos exaudiet Ioua. Huic Samuelis voci obtemperare nolentes Iſraelitae, inſtabant, ut ſibi rex crearetur, quo caeterarum gentium omnium ſimiles eſſent, rege eos gubernante, educente, bella eorum gerente. Quae omnia populi verba audita Samuel cum ad Iovam retuliſſet, Iova ei praecepit, ut illis morem gereret, & regem crearet. Tum Samuel Iſraelitis praecepit, ut in ſua quique oppida diſcederent. 1. Samuel. VIII. Quod primum regis apud Iudaeos exemplum id ipſum, quod nos volumus, tam ſatis tamque

que abundanter probat, ut, quemadmodum HVGO GROTIVS aliique rerum ſacrarum interpretes voluerunt, magiſtratus ne ab eo quidem rege, qui male ſuo utitur imperio, id iure divino poſſit poſtulare, quod hodie in Gallia magiſtratus a rege, qui nullum habet ſimilem, (tanta enim eſt eius manſuetudo, tam inuſitata inauditaque clementia, qua eminet inter reges, tantus in ſumma poteſtate rerum omnium modus, tam incredibilis denique, ac paene divina ſapientia ipſius!) vehementer & etiam atque etiam rogavit. Quam ob rem &, GROTIVS inquit, *Samuel, ius regum deſcribens, ſatis oſtendit, adverſus regis iniurias nullam in populo relictam poteſtatem.* Quod recte colligunt veteres ex illo Pſalmi: *Tibi ſoli peccavi.* Ad quem locum HIERONYMVS: *Quod rex erat & alium non timebat.* Et AMBROSIVS: *Rex erat, nullis ipſe legibus tenebatur, quia liberi ſunt reges a vinculis delictorum: Neque enim ullis ad poenam vocantur legibus, tuti imperii poteſtate. Homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius.* Neque tamen fru-

ſtra iam nonnulla monebo. *Primum:* non populum, ſed ipſos optimates Ebraeorum Samuelem & Deum adiiſſe, ut regem conſtitueret, qui illis praeeſſet & imperaret. *Quam ob rem congregantes ſe omnes Seniores Iſraelis, venerunt ad Samuelem Ramam.* Ita docet hoc exemplum regis, reges terrarum neque arbitrio populi, univerſe ſumti, id eſt, in optimatibus exhibiti, ſubiici aliquando debere! Quod confirmare haec quoque poſſunt rogantium Seniorum: *Nunc praepone nobis, regem ad vindicandum nos, ut habent omnes iſtae gentes.* *Alterum*, quod ſupervacuum nobis non videtur, ſi moneatur, proceres ſunt Ebraeorum, qui regem quidem talem volebant, quales habebant reliquae, in primis autem vicinae gentes. At Orientes populi addicte admodum regnabantur. AESCHYLUS Perſis de rege Perſarum ſic loquentem facit *Atoſſam:*

- - - - *Non eſt civitati obnoxius.*

Notum illud MARONIS:

Regem non ſic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaſpes

Obſer-

Obſervant.

Apud LIVIVM: *Syri & Aſiatici genera hominum ſervituti nata.* A quo non diſcrepat illud *Apollonii* apud PHILOSTRATVM: *Aſſyrii & Medi dominationem etiam adorant,* (τας τυραννιδας προσκυνουσι.) ARISTOTELIS: *Aſiatici dominatum,* (την δεσποτικην αρχην,) *aequo animo ferunt.* Et apud TACITVM civilis Batavi illud ad Gallos: *Servirent Syria, Aſiaque, & ſuetus regibus oriens.* Hinc GROTIVS, *reges,* inquit, *Hebraeorum quin ſummo iure imperaverint, dubitari, nefas arbitror. Sequuntur* litterae diviniores, qui talem tradunt originem regum, qualem ſupra ius ipſum naturae docebat. Quod neutiquam illis refragatur, quae loco huic CALOVIVS in *bibliis illuſtratis* adiecit. Nam *caeterum,* CALOVIVS inquit, *noſtri plerique omnes, ius hoc Regis non iniquum aut uſurpativum, ſed a Deo indultum & tale eſſe, quo magiſtratus, urgente neceſſitate, ſalva conſcientia uti queat, ſolide evicere. Qui hic in alia forte eunt,* B. LVTHERVM *temere deſerunt, uti a* B. GERHARDO *demonſtratum, de magiſtratu Polit.*

§. 125. *res manifeſta eſt: Nihil enim eximium, ut* GROTII *verbis utar, in eo eſſet, ſi nuda tantum conſuetudo, etſi obligationem non reſiſtendi inferens, voce illa indicaretur, quia iniurias tales inferri etiam ab iniquis iudicibus & praetoribus noverant, quales non reſiſtendi obligationem importabant. Tum vero nomen Iudicii famoſiori ſignificatu ius verum infert, a iudicavit. Nec vero affine eſt, cum populus regem poſtularet, Deum illi reſpondere voluiſſe de conſuetudine non regum, ſed tyrannorum, aut annuendo poſtulatis de rege conſtituendo, ſolum abuſum regiae dignitatis indicaſſe, de uſu autem eiusdem & poteſtate legitima, ac iure regis proprio & vero nihil plane ſignificaſſe. Porro ſi illa omnia, quae ibi recenſentur in illo iudicio attendantur, nihil iisdem iniqui ineſt, tantum abeſt, ut ipſum illud iudicium iniquum cenſeri debeat. Quid enim in eo iniqui, ſi rex, urgente aut ſtatus ſui conditione & maieſtate, aut ipſa rei publicae neceſſitate, tollat aliquos ſubditorum, & ponat in curribus ſuis, faciatque ſibi equites, & praecurſores quadrigarum; ſi conſtituat ſibi tribunos & centuriones & aratores agro-*

rum

rum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum ſuorum: Si filias eorum etiam faciat ſibi unguentarias & focarias, & panificas. Quid iniqui, ſi agros & vineas, & olivueta optima ſubditorum in caſu neceſſitatis tollat & ſervis ſuis, pro ſalute rei publice excubantibus, deſtinet? Multis utique hominibus indiget rex, qui alienis oculis videt, alienis manibus laborat, alienis pedibus currit; Et qui hic deſignantur, regibus omnes neceſſarii ſunt: Vtpote ſatellites, ſeu corporis cuſtodes, qui domi ad praeſidium praeſto ſint, foris publicae dignitatis cauſſa eum comitentur, miniſtri aulici, qui partim in cubiculo, partim ad menſam ſerviant, in quem finem optimos iuvenes ſelectos obſervat MAIMONIDES, *qui a corporis & mentis decore fuerint commendatiſſimi. Porro requiruntur & panifici ac coqui ob vitae ſuſtentationem: fabri item atque artifices, ſi quid aedificare neceſſum ſit: Requiruntur ſecuritatis publicae cauſſa capitanei, centuriones &c. Neque enim de acceptione hoc intelligendum, quae per vim aut ſpolium aut fraudem & dolum fit: ſiquidem accipi poſſint bona ſubditorum cum*

conſenſu & compenſationis conditione. Miniſterio liberorum uſus eſt rex, ſi qui voluerint ob mercedem, aut ſpe gratiae operam impendere, accedente parentum aut eorum, quorum intereſt, conſenſu, teſte, MAIMONIDE; *atque id hic ei ſolum conceſſum. Nec de ea acceptione agitur, quae proprii ſolum commodi, augendi peculii, vel fiſci ſui cauſſa ſit, ſed quae in uſum & neceſſitatem rei publicae cedat. Decimarum etiam acceptio non magis iniqua cenſeri debet, quam tributorum exactio, quam iure divino ſibi vendicat magiſtratus Rom. 13, 2. At ne dubium ſuperſit, ius verum regium hic ſanciri, non ſignificatur modo hoc loco, ſubmiſiſſe ſe populum in hanc formam reginunis, cum iſto etiam onere v. 19. & 20: Deumque illam ſubmiſſionem acceptaſſe: & ſub hac conditione cum eodem contraxiſſe, ac regem ea lege ipſi praefeciſſe verſ. 22: Sed ius etiam illud regium, ibi publicatum, conſignari debuit divino iuſſu & in archivis, inſtar ſancti alicuius depoſiti, conſervari: cap. 10, 25. non ad terrorem modo, ſed etiam ad notitiam obligationis ſubditorum perpetuam conſervandam. Neque*

que quicquam huic iudicio contrarium ineſt iuri, Deut. 17. deſcripto. Nimia ibi equorum multiplicatio ei fini facta, ut reducat rex populum in Aegyptum, numero equitatus ſublevatus, prohibetur; tum ne in immenſum argenti, & auri ponderibus inhiet, per avaritiam, ac rapacitatem: & ne ſuper fratres elevetur per ſuperbiam: quae hic minime indulta ſunt. Et diſparata eſſe illa loca, nemo non videt: in Moſe enim traditur officium regis; hic autem ſubditorum; ibi modus imperandi, hic neceſſitas parendi deſcribitur; proinde ſi maxime hic recenſerentur quaedam, quae regi non licerent, (quod vero non concedimus,) ſubditis tamen non licere illis reſiſtere, ſed parendum eſſe, docetur. Quod autem verſ. 18. huius noſtri loci habetur de clamore ad dominum non praeciſe reſpicit iniurias Regum futurorum, ſed deteriorem ſolum populi ſtatum, utpote talibus minime aſſueti, & qui ſub θεοκρατίᾳ libertate longe ſereniori frui poterat: at ſi maxime injurias etiam reſpiceret, non tamen illae, vi huius iudicii inferuntur, ſed ex abuſu poteſtatis & iuris regii,

regii, adeoque de facto. Proinde, geminum dehortationis argumentum adhiberi a Domino, dici poteſt; alterum a iure regio, quod ipſis inconſuetum, adeoque durum comparate, reſpectu aureae iſtius libertatis, qua fruebantur, futurum ſit; alterum ab abuſu iuris iſtius, quod ne tum quidem ſint audiendi, ſi reges etiam ipſos praeter fas oppreſſerint, & iniquiores futuri ſint, quia ſemel, reiecto Deo, eiusque regimine, regem alium petierunt, ac domino etiam σκολιῶ *optemperandum, in cuius imperium quis redactus, nedum, quem ipſe expetiit, aut in quem ſciens prudens conſenſit* 1. *Pet*. 2, 18. *Sed non mirum,* GROTIVM *hic iudicium illud de iure uſurpativo interpretari, ac de more Tyrannico, ſiquidem id maximopere extendat; Dominatus hic regius inquit in annotationibus ad hunc locum ſecum ferebat, ut pro arbitrio reges delectus facerent, capitationes & operas hominibus, tributa agris, mercibus vectigalia imponerent, contradicente nemine. Illud enim ibi locum habebat:*

Rex ſum, nil ultra quaero plebeius.
Et impune quidvis facere, id eſt regem eſſe.

Haec

Haec GROTIVS. Sed illa omnia in hoc iure regio ex mente Dei, conditionem proponentis, aut populi, ſuſcipientis, contineri, unde probabitur? Non arbitrio & libidini privatae regum iſta prorſus permittuntur, ſed neceſſitati & ſaluti rei publicae indulgentur, a qua iisdem modus & determinatio conſtitui debet: Neque exceſſus, vel extenſio tanta poteſtatis, modum legitimi regiminis egrediens, conceditur; Sed poteſtas intra iuſtitiae & aequitatis terminos coërcetur, ut in timore Domini regimen geratur, omniaque ad gloriam Dei & ſalutem rei publicae, quae ſupremae leges ſunt, dirigantur. Quis admittet, Deum indulgere regi ſive hic, ſive alibi, facere, quidvis & quodcunque libuerit animo eius, & in authentica hac, qua in throno regio conſtituendi erant Iſraelitici reges, quaeque ideo in archivis aſſervanda erat, regem ſic definiiſſe, impune quidvis facere, id eſt regem eſſe? Solide atque adcurate ius hoc poſt B. GERHARDVM noſtrum adſeruit venerandus Dn. Socer meus D. HÜLSEMANNVS Extenſione Breviar. Theolog. ut & Dn. D. WANDELINVS, Archi-Epiſcopus

iam

iam Daniae, *amicus ſingulariter colendus*, *libris eruditis*, *de iure regio editis*. *Nullam certe videmus cauſſam*, *cur cum R.* IEHVDA & LEVI GERSON, PEZELIO, ZEPPERO, TOSSANO, & BECANO, ADAMO *a* CONZEN & *aliis*, *hic facere*; *ac de iure uſurpato locum interpretari debeamus*. *Tandem* obſervari debet, nec exemplum Zedekiae obſtare, qui Ierem. XXXVIII, 5. proceribus huius populi, Ieremiam quidem ad mortem depoſcentibus, reſpondebat: *Ecce in poteſtate veſtra eſt*; *nam contra vos rex nihil loqui*, (nihil regerere) *poteſt*: ita vera ſcilicet, rex hiſce verbis dicere voluit, ita mihi, ita regno meo ſalutaris, ita etiam laudabilis, ita digna fide veſtra ſolidaque ita haec tota veſtra accuſatio reſque, quam contra Ieremiam habetis, quidem mihi videtur! Ipſius igitur Zedekiae iuſſu id Ieremiae contigit, quod legitur in fatis ipſius. Nec alia ſane ipſa poteſtas fuit, qua proceres illum in carcerem mittebant, niſi iterum regis ipſius, Zedekiae, qua primum ſeſe, adcuſando quidem prophetam Ieremiam; inſtruere;

muni-

munire ſeſe, armare volebant. Quemadmodum enim rex Gallorum, ſic quoque Zedekia ſynedrio ſuo dicere poterat: *Meine Gerichtshœfe haben ihr Daſeyn und ihre Gewalt mir allein zu dancken: ſelbſt die Vollziehung dieſer Gewalt ſteht iederzeit mir zu: Sie dürfen ſie nur in meinem Namen ausüben: Sie ſind nichts, als Beamte des Kœnigs und alle ihre Gewalt iſt blos ein Ausfluß der kœniglichen Gewalt.* Cur enim, niſi illud voluiſſent, rem totam primum ad regem deferebant, quam contra Ieremiam habebant? Neque repetam iam, quae a nobis ſupra iis de regibus diſputata fuerunt, qui ipſi nolint, quaedam acta ſua eſſe rata, niſi a ſenatu aliove coetu fuerint probata. Non igitur tam perſpicue nobis, quam GROTIO, hocce probare exemplum videtur, genera quaedam cognitionum non permiſſa fuiſſe regibus Hebraeorum. Etenim HVGO GROTIVS, regii imperii fortiſſimus adſertor, huc tamen deſcendit, ubi ad huncce locum Ieremiae venit, ut primum illud dicat argumentum, quasdam res apud Hebraeos fuiſſe, in quibus ſyne-

ſynedrium abſque rege potuerit, debuerit cognoſcere. Manet igitur, quod deinde HVGO GROTIVS proferebat: *neque in populo Hebraeo, ubi tot fuere reges, divini humanique iuris contemtores, unquam inferiores magiſtratus, in quibus plurimi fuere viri pii & fortes*, (quem admodum quoque in Gallicis eſſe poſſunt magiſtratibus,) *id ſibi iuris ſumſerunt, ut regibus vim ullam opponerent*.

Vt autem ad aeternam vitam *Teſtamentum* nobis *poſterius* viam demonſtrat, magis expeditam, magis apertam, quam illa erat, quae nobis in *priori* Teſtamento fuit patefacta; ſic neque novum veteri cedit teſtamento, quum viam oſtendit, qua praeſens vita, quam vivimus, placata atque tranquilla, quieta atque commoda, & id quidem nobis & aliis, transire poſſit. Nec mirum illud ipſum videri debet. Nam *iſti*, noſter MELANTHON inquit, *qui vituperant philoſophiam*, (de moribus deque civilis vitae conſuetudine praecipientem,) *non tantum belligerantur cum natura humana; ſed etiam graviter laedunt Evangelii*

gloriam,

gloriam, quod iubet, ut diſciplina civili homines coërceantur, & maximis praemiis ornat honeſta naturae inſtituta, quae continent civilem ſocietatem hominum. Et ut numerorum ſcientia lumen eſt, divinitus inſitum mentibus, nec impedit nec delet Evangelium, ita politica ſapientia ex firmiſſimis notitiis exſtruitur, quae divinitus inſitae ſunt humanis mentibus, nec impediunt, nec delent Evangelium. Nec voluit Deus umquam, quoties gentes ad ſocietatem Eccleſiae ſuae vocavit, imponere politiam Moſaicam, ſed, imperia ſingula ſuis legibus regi, permiſit. Darius & Cyrus cum a Daniele didiciſſent veri Dei invocationem, non mutabant Perſici imperii formam, in gubernatione rerum civilium. Et Daniel ipſe, quamquam in politia Moſis natus erat, tamen provincias Perſicas legibus Perſicis regebat.

Quam ob rem nos ex *novo* quoque *teſtamento* diſcamus, imperantis decreta non civium arbitrio ſubiici debere: & *primum* quidem ab ipſo principe huius teſtamenti, a noſtro, inquam, Servatore, diſcamus nos, quamdiu volemus. Tam diu autem

nos velle debemus, quoad nos, quantum proficiamus, non poenitebit. Quis conſideratior illo? quis rectior? quis prudentior? Nota nobis eſt probitas Servatoris, noti mores, nota tota vita, remota ab eo, quicquid ſpeciem modo habuerit contumaciae atque ſeditionis. Quamquam hoc loco, non tam vitam Servatoris, quam doctrinam atque praecepta nobis proponenda, puto. Cui, qui modo nomen Servatoris noſtri optimi audivit, illud: *Caeſari, quae Caeſaris ſunt*, non ſit auditum? Matth. XXII, 21. Quo quidem loco convocandi omnes videntur, *qui*, quid ſit verum, invenire, iudicare, ſentire poſſint, ut adſint, cognoſcant, animadvertant talem quoque in Chriſto vitae civilis praeceptorem, cui illud: *principes ſunt; itaque illis obtemperandum*, prudentiſſimum atque tutiſſimum viſum fuerit. Nam neminem fugit, ſicut legem figere eſt ſignum ſummi imperii, ita eſſe & nummum cudere. Quam ob rem etiam ARISTOTELES, *numisma*, docet, *& nomen ſuum & vim ipſam a lege habet.* Monetam

vero

vero qui exhibebant, eos, nec Servator iuſſit, de Caeſaris prius virtutibus cognoſcere; nec, eos, iuſſit, in finem atque atque materiam, ex qua moneta confecta erat, ſcrupuloſius inquirere. Bene Caeſar; an male imperaret? ad legem ille pertineret; an extra illam eſſet? per luxuriam Caeſar ſuum omne conſumeret; an in conſuete largiendo? valeret nummus, quem ad modum aeſtimabatur; an falſo illud crederetur? horum nihil Servator curari volebat, ea omnia non huius quidem, ſed alius loci eſſe, credebat, ubi aliud quidem, quam id, quod imperantibus debetur, in conſiderationem atque controverſiam veniret. Quod autem Servator in primis ab eo, de quo tunc temporis quaerebatur, ſeparari prudentiſſime voluerat, illud eſt, de quo hodie Gallorum rex cum comitiis ſuis litigare ſolet; Non inquirebat, quo iure, quaque poteſtate Imperator tum metalla ſignare ſignataque exigere potuerit: utrum id quidem magiſtratus concedere atque probare debuerint; an Caeſaris ſola voluntas ſuffecerint? *Oſtendite mihi numisma*

 cenſus,

ſcenſus, Servator noſter optimus dicebat, quaſi illa omnia ad hoc quidem propoſitum non pertinerent. *Ipſi vero obtulerunt ei denarium. Tunc dicit eis; Cuius eſt imago iſta & inſcriptio? Dicunt ei: Caeſaris. Tunc dicit eis: Reddite ergo, quae ſunt Caeſaris, Caeſari.* Et aderant, qui de omnibus hisce cognoſcere volebant. Nam miſſi *diſcipuli Phariſaeorum*, miſſi etiam erant *Herodiani* ad Servatorem, *ſermone illaqueandum.* Duplex genus delegatorum, qui maxime populares erant & aptiſſimi ad eliciendum tale a Chriſto pro libertate reſponſum, quale volebant! Nec his, nec illis imperium Caeſaris admodum arridebat. In utroque genere delegatorum bibliorum tales interpretes invenerunt viros, qui ſentiebant, nefas eſſe, extraneam a lege divina poteſtatem agnoſcere. Tam Herodiani, quam Phariſaeorum diſcipuli, illud: *uni Deo ſervies*, occulte ſaltim ita intelligi, volebant, non quaſi cum quovis imperio ſummo, puta Saulis, Davidis, Salomonis pugnaret; ſed quaſi adverſaretur hoc ipſum imperiis profanarum poteſtatum:

ſtatum: ſicut in Deuteronomio Cap. XVII, 15. ſcriptum eſt, *non praeficies tibi virum extraneum, ſed qui de fratribus tuis ſit.* In primis Herodianorum dogmati parere illud non iam circumciſo, regi, ſed alienis a lege poteſtatibus, non ſatis conſentire videbatur. Nam nomen ſuum ab Herode illo magno ſumſerunt. Qui ortu quamvis Idumaeus, tamen cum Idumaea facta eſſet Iudaeae acceſſio, & ipſe Iudaiſmum profiteretur, extraneus haberi non poterat. Itaque Herodiani Herodi, quem & Meſſiam dicebant, libenter paruerunt, ut Iudaeo, & quod Ioſephi hiſtoria docet, magno legis vindici, qui, etiam ſi quid faceret in Romanorum gratiam, ſollicite ſe Iudaeis excuſabat. Attamen *quum hoc audiſſent* diſcipuli Phariſaeorum ac Herodiani, *mirati ſunt, & omiſſo eo, abierunt.* At miſſi quidem ex Gallico ſenatu ad optimum regem, quid fecerunt? - - Supra vidiſtis! - - Iuſtiſſimam cauſſam, quam rex habebat, & quidem ter quaterve auditam, non curabant. - - Eos hucusque nihil movebat! - - Quod ſequentia pro-

bare poſſunt: „ Die neuern Berichte ent-
„ halten zwar auſſer den Parlaments-Haen-
„ deln nichts beſonders merckwürdiges;
„ allein dieſe ſcheinen tæglich ernſthafter
„ zu werden. das Parlament von *Gre-
„ noble* hatte unterm 21. Junii einen Schluſs
„ gefaſst, der der kœniglichen Autoritæt
„ nachtheilig erachtet wurde; der Kœnig
„ verlangte das Concept davon zu ſehen,
„ vermuthlich um aus den Zuſætzen oder
„ Verbeſſerungen die Geſinnungen der
„ einzelnen Glieder des Parlaments ken-
„ nen zu lernen, und es ward Sr. Maje-
„ ſtæt, nach ziemlich langem weigern, am
„ 20. Auguſt überbracht. Es verdienet die-
„ ſer Parlaments-Schluſs, wegen der, dar-
„ inn befindlichen, künſtlichen Wendun-
„ gen hier hergeſezt zu werden. Er lau-
„ tet alſo:

„ Der Hof verordnet . . . und hat be-
„ ſchloſſen, fernerhin über folgende, der
„ Verfaſſung der Frantzœſiſchen Monarchie
„ und Sicherheit ihrer Wohlfarth und ih-
„ res Ruhmes gemæſe, Maximen feſt und
„ unverbrüchlich zu halten:

„ 1) Daſs

„ 1) Daſs der Kœnig niemand, als
„ Gott, von der ſouverainen Gewalt,
„ welche er im Kœnigreich ausübet, de-
„ ren eigenes Merckzeichen der Geiſt des
„ Raths, der Weisheit und des Verſtan-
„ des und die Richtſchnur, durch die Ge-
„ rechtigkeit und die Geſetze zu regieren,
„ iſt, Rechenſchaft zu geben habe.

„ 2) Daſs die unumſchrænckte und un-
„ mittelbare Abhængigkeit der Vœlcker
„ in Anſehung des Souverains, ihrer Na-
„ tur nach, die Verbindlichkeit und die
„ Schuldigkeit der Gerechtigkeit und des
„ Schutzes von Seiten des Monarchen ge-
„ gen ſeine Unterthanen mit ſich bringe,
„ unter deren Gerechtſamen dieſe eine der
„ theuerſten und unverbrüchlichſten iſt,
„ daſs, wenn es um ihre Ehre und um
„ ihr Leben zu thun iſt, ſie von denen
„ Tribunalien, welche von dem Kœnige
„ und von den Geſetzen, um darüber zu
„ erkennen, niedergeſetzet worden, nicht
„ entzogen und committirten Richtern
„ übergeben werden kœnnen, welche,
„ weil ſie, wenn ſie auch gleich Redlich-

 „ keit

„ keit und Einſichten beſitzen, das Merk-
„ zeichen der Beſtændigkeit nicht haben,
„ dem œffentlichen Vertrauen nicht Ge-
„ nüge leiſten, noch das gute Recht und
„ die Unſchuld verſichern kœnnen.

„ 3) Daſs die *Frantzœſiſche* Regierung,
„ nach dem Beyſpiele ieder, wohl geordne-
„ ten, Monarchie, auf *einen Kœnig*, *Geſetze*
„ und *Richter* gegründet ſeye, und daſs die-
„ ſelbe der vereinigten Thætigkeit und
„ der Fortſchreitung dieſer verſchiedenen
„ Trieb-Wercke, der Kœnig, das Ge-
„ ſetz und die Diener des Geſetzes, ih-
„ ren Glanz und ihren Beyſtand zu dan-
„ ken habe.

„ 4) Daſs dem Kœnige, als hœchſten
„ Geſetzgeber, die *Einſetzung des Geſetzes*
„ ohne *Abhængigkeit* und ohne *Zertbei-*
„ *lung*, allein zukomme, und daſs es ei-
„ ne der geheiligſten Pflichten der Diener
„ der Geſetze ſeye, ein Geſetz zu be-
„ wæhren, wenn es kein allgemeines
„ oder Local-Inconveniens in ſich faſſet;
„ daſs ſie unverzüglich iedes Geſetz, wel-
„ ches die Merckzeichen der Gerechtig-

„ keit

„ keit und der Nützlichkeit in ſich verei-
„ niget, kund machen und zur Vollſtre-
„ ckung bringen müſſen; daſs ſie aber
„ dasjenige, was ſie, als von der Gewiſ-
„ ſenhaftigkeit des Kœnigs erſchlichen,
„ und augenſcheinlich mit dem œffent-
„ lichen Beſten unvereinbarlich, zu ſeyn
„ glauben, nicht einregiſtriren kœnnen, oh-
„ ne der Treue, welche ſie dem Kœnige
„ ſchuldig ſind, zu entſtehen, ohne die
„ Gewalt, welche ſie von Ihm haben, zu
„ miſsbrauchen, und ohne den Eid zu
„ übertreten, welchen ſie, wegen Beobach-
„ tung ſeiner wahren Befehle geleiſtet
„ haben.

„ 5) Daſs ſie in dieſen ſchmerzlichen
„ Umſtænden, in ſich ſelbſt gehende, und
„ von der ganzen Wichtigkeit eines be-
„ ſchwerlichen Berufes, der ſie denen
„ hærteſten Proben, ja ſo gar der Ge-
„ fahr ausgeſetzet, *in die Ungnade des Kœ-*
„ *nigs zu fallen*, um ihm deſto beſſer
„ zu dienen, durchdrungen, nicht auf-
„ hœren dœrfen, ſeine Gerechtigkeit
„ durch die Ehrfurchtsvolle Mittel, welche

 die

„ die Geſetze und die Maximen des Kœ-
„ nigsreichs, um die Verſicherung und
„ das Pfand ihrer Treue zu ſeyn, gehei-
„ liget haben, zu ermuntern und anzu-
„ gehen.

„ 6) Daſs von der Augenſcheinlich-
„ keit und Gründlichkeit dieſer Maximen,
„ zu welchen die Stimme der Verordnun-
„ gen die Diener der Geſetze ohne Un-
„ terlaſs zurückruffet, jenes allgemeine
„ Schreyen, jene *erſte* Bewegung des gan-
„ zen obrigkeitlichen Standes, wenn das
„ Beſte des Kœnigs und des Staats bedro-
„ het wird, jene ſchleunige Einmüthig-
„ keit, jene einfœrmige, obgleich unab-
„ geredete, Schritte, um allem, was dem
„ kœniglichen Anſehen zu nahe tritt, al-
„ lem, was denen Maximen des Kœnig-
„ reichs Abbruch thut, aller, die Religion
„ und den Staat zu beunruhigen vermœ-
„ genden, Neuerung Einhalt zu thun, her-
„ rühren.

„ 7) Daſs die unabgeredete Eintracht
„ der Obrigkeiten in der verſchiedenen
„ Gerichtsbarkeiten, wo ſie im Namen
„ des

„ des Kœnigs Recht ſprechen, als ein
„ übereinſtimmendes Zeugniſs einerley
„ Pflichten, nicht in einen *Bund des Wi-*
„ *derſtandes* ausarten kœnne; daſs dieſelbe,
„ als aus einer lauteren Quelle, aus der
„ Ausübung einerley Amts-Obliegenhei-
„ ten, aus der Mittheilung einerley Ge-
„ walt und gemeinſamer Privilegien, aus
„ dem Gebrauche einerley Maximen, aus
„ der Annehmung einerley Regeln, und
„ aus einer gleichen Abzielung auf einer-
„ ley Gutes enthaben ſeyn ſollte. Daſs
„ endlich der obrigkeitliche Stand, durch
„ das enge Band des Eifers und der Treue,
„ welche derſelbe dem beſten und dem
„ gerechteſten Kœnige gelobet hat, ver-
„ einiget, ſich iederzeit einen Ruhm dar-
„ aus machen werde, in dieſem, zu Feſt-
„ ſetzung ſeiner Abſichten und ſeiner Auf-
„ merckſamkeit ſo würdigen, Augenmer-
„ ke einig zu ſeyn.

„ Der Schluſs des Parlaments von *Gre-*
„ *noble* ſcheint zwar einen kleinen Wider-
„ ſpruch zu enthalten, indem es einmal
„ heiſt: der Kœnig ſey niemand als Gott

„ von

„ von ſeinen Handlungen Rechenſchaft „ zu geben ſchuldig, und dann: kein „ Unterthan des Reichs kœnne rechtmæ„ ſiger Weiſe von jemand anders, als de„ nen, durch die Geſetze und Staatsver„ faſſung beſtimmten, Richtern gerichtet „ werden, wodurch der erſte Satz nicht „ wenig eingeſchrænckt wird; Allein man „ ſieht zugleich ſehr deutlich, daſs das „ Parlament bey der durchgængigen Un„ abhængikeit des Kœniges vorausſetzet: „ Wenn er nemlich ſeine Macht nach „ Vorſchrift der Geſetze anwende.

„ Die Incompetenz der, blos durch „ kœnigliche Willensmacht verordneten, „ Richter liegt indeſſen den Parlamentern „ beſtændig im Kopfe. „ Vtinam dies aliquando veniret, quo in optimi regis voluntate decretisque acquieſcere vellent! Illuceſcet aliquando dies, quo, fortem, iuſtum, ſeverum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, has eſſe ſui regis laudes, cogitabunt. Nam ipſe rex ad miſſos ex Delphinatu non ita pridem, ut ſolet, id eſt manſuete atque clementer

menter dicebat: *Ich bin von dem Gehorſam meines Parlaments verſichert, daß es nicht mehr wird von næthen ſeyn, ſeine Arrets zu zernichten, und daß ich ihm nur Merckmahle meiner Wohlgewogenheit zu geben, Urſache haben werde.* Et vera ſunt debitaque, quae noſtrae ephemerides ex his efficiebant verbis, propriaque videntur omnibus *Ludovicis*, in his quidem terris imperantibus, eſſe, ut, quicquid agant, id clementer, manſuete, iuſte, moderate, ſapienter faciant, valent etiam de Haſſorum *Ludovicis*, conveniunt quoque in noſtrum patriae patrem, *Ludovicum* tam praeſentem, quam futurum. Ita illae autem quam optime ex iſtis concludebant: *Aus dem Schluſſe dieſer nachdencklichen Antwort erſiehet man, daß Se. Allerchriſtlichſte Majeſtæt von dem Gehorſam des Parlaments, wie ein zærtlicher Vater dencken.* Quam ob rem etiam MELANTHON noſter, *civilis quoque vitae praecepta*, inquit, *ſunt neceſſaria, quae doceant, quo modo homines inter ſe tranquille vivere poſſint. Haec in philoſophia traduntur, & a viris excellentibus*

bus cauſſae eorum, in ratione poſitae, deprehenſae ſunt. Neque exiſtimandum eſt, Chriſtum veniſſe in mundum, ut haec praecepta traderet, aliud quiddam de voluntate Dei & de fiducia in Deum expoſuit, quae ratio humana non potuit deprehendere. Interim tamen & civilia officia vitae approbat Chriſtus & requirit ab omnibus aetatibus, hac disciplina coerceri, vult, homines, non aliter atque Magiſtratum, legibus & inſtitutis, quae cum iis praeceptis magnam habent cognationem; nam ex iis, tamquam ex fontibus, omnes leges & omnia iura Magiſtratuum nata ſunt. Nec ullum lectorem GROTII verba laedere poſſunt ad hunc locum: Ita is enim: *In novo foedere Chriſtus, praecipiens, dari Caeſari, quae Caeſaris ſunt, intelligi voluit, a ſuae diſciplinae ſectatoribus non minorem, ſi non maiorem, obedientiam, cum patientia, ſi opus ſit, coniunctam, ſummis poteſtatibus deberi, quam ab Hebraeis regibus Hebraeis debebatur.*

Latius autem optimi interpretes Servatoris, Apoſtoli, duum viri illi, qui in mul-

multis rebus tam generoſè tamque egregie atque magnifice ſentiebant, quam fieri potuit, Paullus nimirum & Petrus ſubditorum officia haec quoque deſcripſerunt.

Paullus, *omnes* homines, ne ipſis quidem magiſtratibus inferioribus, exceptis, vult, eſſe ſubiectos poteſtatibus ſupremis ſimulque praecidit ſtatim difficultatem multorum in Iudaea, qui ideo, quod dictum ſit Deut. XVII, 15. *regem, legendum a fratribus*, id eſt, popularibus, inferebant, externis nullam deberi obedientiam, his nimirum verbis: *Omnis anima poteſtatibus ſuper eminentibus ſubiecta eſto. Non enim eſt poteſtas, niſi a Deo: & quae ſunt poteſtates, ſunt a Deo ordinatae. Itaque quisquis obſiſtit poteſtati, Dei ordinationi obſiſtit: qui autem obſiſtunt, ipſi ſibi condemnationem auferent. Nam magiſtratus metui non ſunt bonis operibus, ſed malis: Vis autem non metuere poteſtatem? quod bonum eſt, facito, & laudem ab ipſa obtinebis. Dei enim miniſter eſt tuo bono. Quodſi feceris, quod malum*

lum eſt, metue: non enim fruſtra gladium gerit. Nam Dei miniſter eſt, vindex ad iram ei, qui, quod malum eſt, fecerit. Quapropter neceſſe eſt ſubiici, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Propter hoc enim etiam tributa ſolvitis: ſiquidem miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum incumbentes. Reddite igitur omnibus, quod debetis; cui tributum debetur, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timor, timorem: cui honor, honorem. Rom. XIII, 1-7. Quapropter etiam GROTIVS, quum ad effatum hocce veniret, ſicut poterat quidem, ita optime premebat: *Cum Paulus, omnem animam ſupremis poteſtatibus eſſe ſubiectam, vult, etiam magiſtratus inferiores incluſit.* Itaque noſter CALOVIVS, *impium eſt*, inquit, *atque ineptum, quod* STEPHANVS IVNIVS BRVTVS, *auctor vindiciarum contra Tyrannos, ſeu de legitima poteſtate populi in principem, ſub univerſali iſta,* OMNIS ANIMA *etiam ſupremi magiſtratus animam comprehendit, quia iſtam populo viciſſim oporteat eſſe ſubiectam, addita ratione, quia abſtractum illud poteſtas,*

ſtas, non reſtringatur ad concretum principis, ſeu regis, ſed indefinite dicatur poteſtas, abſtrahendo, cum quo vel quibus ſubiectis componi deceat, illa poteſtas. Impium hoc eſt, CALOVIVS pergit, *quia Paullus Tit. III, 1. & Petrus 1. Epiſt. II, 13. ſeq. facultatem iſtam non ſolum reſtringit ad Principem, contradiſtinctum illis auditoribus, quibus ſcribebat, ſed etiam pro remedio iniquitatis, ſi qua forte abuterentur iſta individua iurisdictione, non tum uſurpandam iurisdictionem populi in tales reges, ſed vindictam Deo eſſe committendam, docet S. Petrus 1. Epiſt. II, 18. ſeq. Quod remedium etiam ſeruis praeſcribit circa abuſum poteſtatis herilis, a qua tamen provocari poterat ad poteſtatem civilem ſeu rei publicae. Eph. VI, 9. Tit. II, 10. Ineptum eſt autem,* CALOVIVS nunc ad finem venit, *quia ſemper hac ratione daretur circulus & turbaretur res publica, ubi & quando vel Magiſtratus iurisdictio in populum, vel populi iurisdictio in Magiſtratum eſſet exercenda.* Includit autem Apoſtolus Chriſti in ſubiectione non reſiſtendi neceſſitatem, neque eam ſo-

lum, quae ex formidine maioris mali oritur, ſed quae ex ipſo ſenſu officii noſtri manat, neque hominibus tantum, ſed & Deo nos obligat. Et quod omnes videre poſſunt, duas addit rationes: primam, quod Deus ordinem illum imperandi & parendi adprobaverit, & olim in lege Ebraea, & nunc in Evangelio, quare poteſtates publicae eo loco nobis habendae ſunt, ac ſi ab ipſo Deo eſſent conſtitutae: alteram, quod hic ordo noſtro bono inſerviat. Et dicerem quoque de aliis, quos Apoſtolus ſub omni illa anima comprehendit. Sed non Gallicos tantum lectores, credo, rerum harum eſſe futuros. Et animus inſuper nobis erat illas res, quae ad noſtram cauſſam pertinebant, commemorare. Quem ad modum nec amplius erit, qui, *iniurias pati, non eſt utile*, hic opponat. Nam dictum eſt hac de re alio loco diligentius. Quodſi quis vero ſit futurus, quem hactenus diſputata nihilominus non movere poſſint; huic duplici ratione occurri poteſt: *Hic quidam*, HVGO GROTIVS inquit, *vere magis, quam ad ſenſum*

Apo-

Apoſtoli, ut arbitror, appoſite dicunt, has quoque iniurias utiles nobis eſſe, quia iſta patientia ſua non ſit caritura mercede. Mihi videtur Apoſtolus conſideraſſe finem univerſalem, iſti ordini propoſitum, qui eſt tranquillitas publica, in qua & ſingulorum comprehenditur. Et ſane, quin plerumque hoc bonum per poteſtates publicas conſequamur, dubitandum non eſt: nemo enim ſibi male vult: at imperantis felicitas in ſubditorum felicitate conſiſtit. Sint, quibus imperes, aiebat ille. Proverbium eſt apud Hebraeos: niſi poteſtas publica eſſet, alter alterum vivum deglutiret. Qui ſenſus & apud CHRYSOSTOMUM: *niſi rectores civitatum eſſent, feriorem feris viveremus vitam, non mordentes tantum, ſed & vorantes alios alii. Et quamquam interdum aliquid vitii intervenit, numquam tamen non ſatius eſt eſſe principes, quam non eſſe.*

Sed etiam *diſtincte* proceditur in hacce cauſſa, a Petro nimirum, qui, aliter nos regi, aliter magiſtratui, vult, ſubiectos eſſe: Regi, ut ſupereminenti, *id eſt*, ut

GROTIVS docet, *ſine ulla exceptione: Magiſtratibus, tamquam miſſis a Rege, id eſt,* eodem huius loci interprete docto, *poteſtatem ſuam a rege ducentibus.* 1 Epiſt. II, 13. 14. Itaque ſi proconſul aliquid iubeat, & aliquid Imperator, eligere debemus ſervire maiori, ut ait AVGVSTINVS.

Quam valde autem magiſtratus Gallorum diſcedant a praeceptis his Apoſtolorum, me, non monente, quilibet videbit, qui, quod tamen pace illorum velim aſſertum, ea, quae hactenus diſputavimus, in mentem ſuam quodam modo poſſit revocare. Laudo regem ipſum Gallorum, cuius decreta, quamvis meis non laudibus egeant, dico tamen, divinitus probata. Quid enim eſt in omnibus illis, quod, ſi a Chriſto ipſo, egregio in hac cauſſa doctore, nunc nos diſcedamus, non Paullus, quod Petrus non ab iis, ad quos litteras dabant, divinitus edocti, poſtulabant? Meaque vota his libenter miſceo omnibus, quae praeco ille non rerum tantum Gallicarum; omnium inquam, quae fiunt &

facta

facta ſunt in regnis, diſertiſſimus, Cel. SCHOEPFLINVS, pro rege ſuo pie fecit. Conſtat enim *panegyricus*, *Ludovico XV*, *ſecundum imperii ſemiſeculum ingreſſo*, *iuſſu publico* nuper *Argentorati dictus*, ſanctusque ab iis omnibus, ad quorum oculos poſt multa ſaecula venerit, habebitur.

Sed toto hoc de genere, de cive, deque magiſtratu, in primis autem de poteſtate, quae in Gallia floret leges dicendi, commodius, ut ſupra iamiam, ſtatimque ab initio dixi, a quibusdam optimis viris, ad medium Ianum ſedentibus, quam ab ullis Theologis ulla in ſchola diſputatur. Habui tamen, quia erant cognoſcenda, haec de officiis inferiorum Magiſtratuum, quae dicerem hac noſtra aetate. Ad quae utinam ii omnes pervenirent magiſtratus, qui civium imaginem, quemadmodum in Gallia, ſua exprimere repraeſentatione velint; ut ea, quae ex hisce diſputatis cognoverunt, re experti, poſſent aliquando probare! In primis vero exemplum, quod reliqui cives in magiſtratibus infe-

rioribus quidem habeant ad imitandum, eos ad illud, quod unice iſtis relictum eſt in civitatibus, gloriaque ac ſtudium obſequii vocabatur, cohortari, excitare in his terris debet. Ad quosdam enim ſi pertinet illud optimi noſtri Servatoris: *luceat veſtra lux apud homines, ut veſtra recte facta videntes collaudent patrem, qui in coelis eſt, veſtrum;* Matth. V; id ſane etiam magiſtratus inferiores putent ſibi, reputent, dictum. Sique, qui ſuum nomen primum a Chriſto, qui nos redemit, ſumſerunt, CYPRIANO, teſte, Tyrannis dicebant: *nemo noſtrum, quando apprehenditur, reluctatur, nec ſe adverſus iniuſtam violentiam ulciſcitur veſtram;* itaque noſtrum MOSERVM vel tum probabant ſuo exemplo, dicentem: *Ich glaube nimmermehr, daß die Vernunft allein ſo viele und überwiegende Gründe darbiethet, um ein ganzes Volck glauben zu machen, daß es gut genug ſeye, alle Leyden, unaufhörliche Vexationen, Anforderungen, Verachtungen, Bedrückungen und Geſetzloſigkeiten eines gewaltigen Regenten*

und

und ſeiner Miniſters über ſich ergeben zu laſſen; quanto magis nos in iuſtiſſima cauſſa, quam ratio hominum & ipſum Numen ſupremum commendat & probat in bibliis ſuis, tali quidem regi pio, qualis eſt Ludovicus XV. Gallorum, ſumma cum mentis voluptate pareamus! Tandem caeteri quoque principes terrarum ab unico hoc rege Gallorum illud diſcere poſſunt, quod illis omnibus MOSER noſter Perilluſtris adprecatur: *Daß die Religion die ſtærckſte Stütze ihres Throns ſeye, daß ſie dadurch ſelbſt einen tiefen Eindruck von der Würde des Menſchen und eine zærtliche Hochachtung gegen ihre Unterthanen bekæmen, welche ihnen unter wahren und oft hart drückenden Beſchwerden gleichwohl gehorchen, darum, weil ſie es glauben, ſie müſſen der Obrigkeit unterthan ſeyn, um Gotteswillen: daß nach dieſen wichtigen Gründen jeder Regent die Religion zu ſchützen und auszubreiten ſich angelegen ſeyn laſſe.* Addidit etiam cauſſam votorum: *Dann nur in einem Reich oder Land, wo die Irreligion die Oberhand gewinnt,*

gewinnt, entſtehen Cromwels, inquit vir, cui principum aeque ac civium ſalus curae cordique admirabili eſt ratione, *und nur ſolche rebelliren.*

Gieſen.
Gedruckt bey IO. CHRISTOPH
SCHROEDER
Fürſtl. Regierungs-Buchdrucker.